Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

consilium dei audisti? et interiora te erit ei sapientia. Quid nosti quod ignoremus? Quid intelligis quod nesciam? Et senes et antiquus sunt nobiscum multo uetustiores quam pater tuus. Numquid grande est ut consoletur te deus? Ser uerba tua prauaque hoc phibent. Quid te eleuat cor tuum? et quasi magna cogitans adtonitos habens oculos. Quid tumet contra deum spiritus tuus? ut proferas de ore huiusmodi sermones? Quid est ut immaculatus sit? et ut iust appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis. et celi non sunt mundi in conspectu eius? quanto magis abhominabilis et inutilis homo? qui bibit quasi aquam iniquitatem? Ostendam tibi audi me: quod uidi narrabo tibi. Sapientes confitentur et non abscondunt patres suos. quibus solis data est terra? et non transibit alienus per eam. Cunctis diebus suis impius superbit? et numerus annorum incertus erit tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius? et cum pax sit ille insidias suspicatur. Non credit quod reuertatur de tenebris ad lucem? circumspectans undique gladium. Cum se moueri ad prandium putet? nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum diem. Terrebit eum tribulatio et angustia uallabit eum? sicut regem qui parauerat ad pugnam.
Extendit enim aduersum deum manum suam? et contra omnipotentem roborat est. Cum currit aduersum eum erecto collo? et pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo? et de lateribus eius aruina dependet. Habitauit in ciuitatibus desolatis et in domibus desertis? que in tumulos sunt redacte. Non ditabitur nec perseuerabit substantia eius? nec mittet in terra radicem suam. nec recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma? et auferet spiritum oris sui. Non credat frustra errore deceptus? quod aliquo premio recompendus sit. Ante quam dies eius impleatur peribit? et manus eius arescent. Ledet quasi uinea primo flore botrus eius? et quasi oliua piciens florem suum. Congregatio autem ypocritarum sterilis? et ignis deuorabit tabernacula eorum? qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem et peperit iniquitatem? et uterus eius parauit dolos. Responsens autem Iob dixit. Audiui frequenter